

De la comp^{te} de ths de Salama

S V M M A S I V E A V R E A A R M I L L A

B A R T H O L O M A E I F V M I
Placentini, ordinis Prædicatorum,
ac hæreticæ pravitatis In-
quisitoris.

*Breuitè strictimque omnia continens, quæ in iure cano-
nico apud Theologos, & omnes Summas circa primæ
rurum curam diffusè dispersèque tractantur.*



*pala liburia
por ser me for
Ha confor
me al nu
cks expur
gationis
de 1640
Martin Leppon far*

LUGDUNI.

Apud Benedictum Boyerium
M. D. LXVI.

Johannis Zello



2

REVERENDISSIMO D.

D. CATELLANO TRIVULTIO,

Episcopo Placentino, Comitique, Fr. Bartholom.

Fumus, Vilauren. Placentinus, ordinis Præ-

dicatorum, ac hæreticæ prauita-

tis Inquisitor,

S. P. D.



SVMMVS ille rerum omnium artifex Deus optimus. Reverendissime Archimædrita noster ante quam vllas conderet creaturas, in seipso sufficiens, omnem perfectionis plenitudinem, omnem excellentia gradum, omnem denique entitatis (vix ita loquar) modum perfectissimè complectebatur. Verùm quoniam (divo attestante Dionisio) boni natura hæc est, vix sese alijs communicet, mundum hunc multifariam rerum species continentem, in quibus ipse orbis artifex multis modis suam ostenderet maiestatem. plasmare decrevit. Unde supermundanos primùm illos spiritus, tribus Hierarchijs partitos, novem pariter ordinibus discretos protulit, in quibus in ex hauste bonitatis specimen depinxit, sequè ab eisdem per inuellelilem cognitionem participandum exhibuit. De hinc tornatiles cælorum globos, radiosum Solis iubar, pallentem Lunam, fulgentia astra, mirabili imposuit harmonia, qua omnia proprijs motibus perpetua lege, congruenter aptavit. Quarta et postmodum sinxit elementa, ignem videlicet, aërem, pontum, & aridam, in quibus animantia, queque præcipuè hominõ ad ipsius Dei optimi imaginem formatum, collocavit. At ne miseri mortales improba verge rentur fame deperirentque, lubricos undis pisces, dulcia arboribus poma virentia campis gramina, producere mandavit. Sicque factum est, vt mundus iste ita examussim, & perpulchrè compactus fuerit, vt melius rectiusque fieri nequiverit, quando quidem superuacuaneum, vel otiosum nihil sit reperiri, neque necessarium quicquam in eo deesse contingat. Unde fit, vt creature omnes, & que præsertim ratione vigent, auctorem suum toto virtutis conamine studeant imitari: ita se quidem, vt gratiam, & bonitatem, quam à Deo optimo gratis acceperunt, gratis impartiantur, nec cum extremo vite termino ante tremendum Dei tribunal steterint. Vt quid pecuniam meam in sudario repositam servastis, audire cogantur. Igitur iuxta virium mearum mensuram aliquid commedi alijs afferre cupiens, laborem hunc hæud paruum, humeris meis certè imparem, animarum me ardore stimulante, libenter assumpsi. Conspiciens itaque in enucleandis conscientia casibus sum-

REVERENDI

PATRIS FRATRIS

BARTHOLOMÆ FVMI,

Villauren. Placentini, Predicato-

ria familia professoris, pra-

uitatisque heretica

Inquisitoris.

AVREÆ ARMILLÆ

PRINCIPIVM.



- 1** **ABBAS** debet annum vigesimum quintum incēpisse. de generalē. de etat. & qual. ord. & esse presbyter. extra e. tit. c. j. & a monasterio, cui debet præesse, eligi. c. abbatem, 18. q. 2. de eodēque monasterio, si ibi sit persona idonea, eligi, alias de alijs monasterijs. eadem q. c. quā sit. & Pan. in c. cū monasteriū. de elect. Non professus, vel alterius religionis eligi non potest, quamvis postulari. Debet a prælato immediatē superiori cōfirmari: secundū Host. & ab Episcopo diocæsano benedici, nec antē benedictionem debet ordinare. c. quoniam videmus d. 69, si tamen consuetud est, quōd benedicatur: secundū quosdam.
- 2** Abbas nō potest præesse, vel pertinere simul ad duo monasteria, nisi vinū sit sub alio, vel ad aliud perti. de relig. do. c. vlt. fin.
- 3** Abbas potest facere, quæ ad officiū suum pertinent, si Episcopus tertio requisitus cum humilitate, recuset eum benedicere. de sup. negligen. præla. c. 2.
- 4** Abbas nō potest renūciare exēptioni suæ. de arbi. c. cū tēpore.
- 5** Abbas potest absolvere monachos suos ab omnibus peccatis, & censuris, nisi specialiter alteri de iure & reseruentur: secundū Inno. in c. nuper. de sen. exc. & Tho. in 4. sen. d. 18. q. 2. a. 1. q. 1. & Arch. Flor. 3. part. tit. 25. c. 77. Pan. tamen in c. monachi. de sen. exc. tenet contrariū, contra cōmūnem opin. prædictorum, & aliorum multorum Doctor. Sunt etiam inspicienda eorum privilegia super huiusmodi.